



Disputatio juridica inauguralis de tutelis

<https://hdl.handle.net/1874/342129>

27.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A U G U R A L I S ,

D E

T U T E L I S ,

Q V A M ,

FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D . M . JOANNIS LUYTS ,

Philosophiae Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii ,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicî consensu , Nobilissimeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto ,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,
Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privil-
legiis ritè , ac legitimè consequendis ,

*Eruditorum Examini subjicit ,
A D A M U S vander M O E R E , Alcmar. Fris.
A . D . 17. Julii , hora locoque solitis.*



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA , Academiæ
Typographi , cō lōc LXXXVIII.

VIR O Nobilissimo Gravissimo

D. JULIO vander MOERE,
J. U. D. Domino de Haarencazel , Out-
capel. In Moerkerke , Middelhar-
nas , &c. ac florentissimæ civitatis Del-
phensis Senatori , Fratri suo unico , eo ,
quo decet , animo & amore diligendo ,
prosequendo.

U T E T

VIR O , Clarissimo Consultissimo

D. LUCÆ vande POLL ,
J. U. D. & ejusdem Facultatis in cele-
berrima Ultrajectina Academia Ante-
cessori Ordinario , Promotori suo mul-
tum venerando.

Se atque Disputationem hanc Inauguralem quam humillime

Offert

ADAMUS vander MOERE , *Auct. & Respi.*



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

D E

TUTELIS.

THESIS I.



Uum inter omnes constet fragile
& infirmum esse minorum æta-
tium consilium , multisque captio-
nibus suppositum , ac multorum
insidiis expositum *l. i. ff. de mino-*
rib. nullo naturali æquitati con-
venientius modo per jura Romana
talibus personis prospici potuit ,
quam si illorum tutelæ committanrur , & ab iis defen-
dantur , qui perfectæ ætatis existentes , firmum jam ha-
bent animi judicium.

I I.

Est autem Tutela (ut Servius definivit) vis ac po-
testas in capite libero ad tuendum eum qui propter æta-

A 2

tem

4 DISPUTATIO JURIDICA

tem se defendere nequit , jure civili data ac permissa.
§. 1. inst. de tut. l. 1. ff. eodem.

I II I.

Vis ac potestas, Hæc duo frequenter conjunguntur ut in §. 2. b. t. l. 17. ff. de legib. & leg. 7. Cod. de Codicill. & significant δύναμιν, εξουσίαν facultatem seu auctoritatem aliquid faciendi statuendive tum in persona pupilli, tum in rerum pupillarium administratione. arg. inscript. tit. inst. de auctor. tut. & l. 12. ff. de test. tut.

I V.

In capite libero : In quantum pars accipitur pro toto, vel in quantum est persona libera , quæ caput habet, cum qua lege agi potest. l. 2. §. 2. ff. de orig. juris. sic caput liberum pro homine libero veteres dixerunt, si cuti persæpe in jure nostro l. 34. de legib. & l. 7. §. 1. ff. de capit. deminut. & in classicis etiam auctoribus Cic. 4. verrin. hic de capite libero judicabit. Liv. lib. 31. libera capita sine pretio dimisit. hinc caput liberum facere apud Plaut. pro manumittere & eos plerumque ; qui sui juris essent, hoc verbo intelligebant. Hæc verba quoque tam ad pupillum quam ad tutorem referri possunt.

V.

Ad Tuendum eum : Hæc verba finem tutelæ indicant, & simul officium tutoris : nam ut tutela pupillorum gratia constituta est, ita & ad utilitatem eorum tota referenda : Tutor non certæ rei vel causæ, sed præcipue personæ moribusque pupilli præponitur l. 12. l. 14. ff. de testam. tut.

V I.

Qui se propter ætatem defendere nequit. Illis verbis distinguitur tutela à curatione. Quippe quæ per ætatem impu-

I N A U G U R A L I S . 5

impuberibus comparata est, qui rerum discrimina non norunt, consilii sunt incapaces, & infirmi judicij. l. 8.
§. ult. ff. de acquir. vel amittend. hæred. l. ult. de ma-
num. vindict.

V I I.

Jure Civili. Clausula hæc ad definitionem non faciens, frustra tamen posita dici non potest, hinc enim videre est eam potestate non temere aut pro arbitrio à quibusvis usurpandam fuisse, nec ad alios quam ad cives Romanos pertinuisse. Nam licet naturali juri conueniens sit, ut qui perfectæ ætatis non sunt, alterius tutelâ regantur. §. 6. de Attil. Tut. Frustra tamen quis dixerit tutelam esse juris naturæ, nam ad jus civile eo modo refertur, quo pleraque alia, ut nuptiæ patria potestas, testamenta &c. id genus.

V I I I.

Data ac permissa. Datur id est defertur, immediate l. 12. tabb. tutela legitima. l. 5. in princ. & l. 6. ff. de legit. tut. permittitur quæ prius data est aut testamento, aut à magistratu: illa l. 12. tabb. l. 1. ff. de test. tut. hæc alii legibus. tit. inst. de Attil. tut.

I X.

Ad explicationem specierum tutelæ quum per ventum sit, dicam illam triplicem esse, sc. testamentariam, legitimam, & Attilianam seu dativam. l. 14. §. 4. ff. de solut. l. 52. cod. de episc. & cler. inst. lib. 1. tit. 13. 15. 20. ac ordine servato initium faciam a testamentaria, ury potestate reliquis duobus potiore. l. 9. §. 1. in fin. de tutel. & ratione distractab.

X.

Tutela testamentaria. Est qua Paterfamilias liberis

6 DISPUTATIO JURIDICA

impuberibus, in potestate constitutis. *l. 1. ff. de testam. tutel. testamento, vel codicillis testamento confirmatis dat tutores l. 3. ff. eod. §. 3. inst. de tutel.* Nec refert an sint instituti heredes, an exhereditati. *l. 4. l. 10. §. 2. infine l. 31. ff. de testam. tut.* facultas enim dandi tutores non ex vi institutionis, sed patriæ potestatis substantiam cap. arg. §. 4. *inst. de pupill. subst. l. 10. §. 5. ff. eod.*

X I.

Non ergo mater dat tutorem testamento, neque pater liberis emancipatis, sed si datus fuerit à matre ex inquisitione, si à patre citra eam à magistratu confirmandus est. *l. 1. §. 2. ff. de conf. tut. vel curat. l. 4. ff. de testam. tut. l. 4. ff. de test. tut. l. 4. cod. eod. §. ult. inst. de tut.* Sciendum etiam quod mater testamento liberis tutores dare non potest, nisi eos heredes instituerit. *dd. II. 4. ff. & cod. de test. tut.*

X I I.

Quæstio est inter DD. utrum tutores testamento dati, & à magistratu confirmati, magis dicendi sint testamentarii an dativi. Hos pro testamentariis habendos colligitur *ex lege 3. ff. de confirm. tut.* eo enim magis quia confirmatio non pendet à voluntate & sola potestate confirmantis, sed à volente & nolente magistratu fit; sequitur namque prætor judicium defuncti. *l. 1. §. 1. ff. eod. l. 32. de excus. tut.*

X I I I.

Tutelæ legitimæ tum demum locus est, cum deficiat, & non amplius sperari possit testamentaria, quia cessante hominis provisione, tum demum succedit provisio legis. *l. 9. §. si duob. D. tutel. & ration. distractab. l. 11. D. de testam. tut.* illa dicitur legitima quod lex tutorem constituat,

stituat, & faciat, non judex, non testator licet a iudicacione exercitii dependeat. *Barthol. in l. legitimos.*
D. hic. Species hujus Tutelæ sunt quatuor agnatorum, patronorum parentum & fiduciaria. Agnatorum quæ ex lege 12. tabul. defertur proximis agnatis tot. tit. ff. de legit. tut. jure novissimo etiam cognatis. *Nov. 118. Cap. 5.* quod summa providentia constitutum esse docet Ulrianus. *l. 1. ff. de legit. tut.* Ut qui sperarent successiōnem, iidem tuerentur bona ne dilapidarentur: quod etiam secundum naturam est, quia quem sequuntur commoda, cum etiam sequi debent incommoda. *l. 10. ff. de R. I.*

X I V.

Quemadmodum legitima agnatorum Tutela spectat ad agnatos, ita legitima patronorum ad patronos, eorumque liberos in libertos libertasve. *l. 3. in prin. §. 6. ff. de legit. tut. tot. tit. inst. de legit. patr. tut.* Defertur etiam parentibus in filios, filiasve emancipatos *d. l. 3. §. fin. de legit. tut. junct. l. 1. ff. si quis a par. fuer. manum.* Fiduciaria hodie sublata est quemadmodum & parentum legitima, sublata differentia inter agnatos & cognatos quoad successionem ab intestato, quoad tutelam legitimam. *Nov. 118. Cap. 4. & 5.*

X V.

Dicendum nunc super est de tertia Tutelæ specie dativa scilicet quæ & Attialiana vocatur. Est autem Tutela dativa quæ constituitur à Magistratibus, quibus hoc ex potestate ipsis speciali lege Senatusconsulto, aut principum constitutionibus concessum erat. Extante tutori vel testamentario vel legitimo, & quidem cum effectu, ipsa datio facta a Magistratu, erat ipso

8 DISPUT. JURIDICA INAUGUR. I

ipso jure nulla l. 9. Cod. qui dare tut. Montan. de tutel. l. 21. tutoris datio neque imperii est, neque jurisdictionis, sed ei soli competit cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Senatusconsultum, vel princeps. §. 6. §. 2. ff. l. de tutel.

X V I.

Satis jam dictum puto de causis constituentibus tutelam, testatore, lege, Magistratu: restat ut videamus quibus modis Tutela finiatur: quod quidem fit aut ipso jure, aut interventu Magistratum: modis solvendæ Tutelæ ipso jure occurunt varii sub. hoc. tit. inst. Interventu magistratum fit duobus modis excusatione, quæ multas contingit ob causas. tit. inst. ff. & Cod. de excus. tut. & justa remotione ut suspecti. tit. inst. & Cod. de suspectis tut.

COROLLARIA.

I.

Potest quis pro parte testatus & pro parte intestatus decedere.

II.

Potest quis cogi ad rem suam vendendam ex justâ causâ.

III.

Vendor tenetur rem venditam præcise tradere.

F I N I S.